



**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Lib. 14. in quo continetur materia derogationis iurispatronatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](#)

P R A X I S
 IVRISPATRONATVS
 PARS TERTIA
 Continens modos amittendi
 Iuspatronatus.

LIBER DECIMVSQVARTVS.

*In quo continetur materia derogationis
 iurispatronatus.*

C A P V T P R I M V M.

Legatus à latere nunquid conferre possit bene-
 ficia iurispatronatus.



S V M M A R I V M .

1 Legatus à latere potest con-
 ferre beneficium patronatum
 sine consensu patroni Ecclesia-
 stici.

2 Nisi sit beneficium regula-
 re, vel electuum.

3 Vellaicorum.

4 Legatus à latere consentien-
 te patrono potest beneficium
 conferre etiam contradicente
 habente instituere.

5 Et potest conferre benefi-
 cium patroni laici, si iuspatro-
 natus habeat ex priuslegio,
 vel ex præscriptione.

6 Item & beneficium situm

R 4 in

*in sua Provincia, etiamsi pa-
tronus Ecclesiasticus sit alte-
rius Provincie.*

7 *Conferre tamen non potest,
si patronus antea presentauit.*

EGATVS à
latere † potest
conferre beneficium pa-
tronatum abs-
que consensu patronorum, si
sint patroni clericis, quorum
beneficia legatus à latere
potest sibi referuare, eaque
vacantia conferre. ita est tex.
in cap. cum dilectus. vbi Ab-
bas de iurepatronat. & hæc
est communis opinio, teste
Rocch. de Curte. de iurepa-
tronat. in verbo, honorificum
quæst. 1. colum. 2. & quæst.
3. colum. 3. quod non proce-
dit † si beneficium sit regula-
re, vel electuum. cap. deli-
beratione. de offic. legati. li-
bro 6. vel si sit de iurepatro-
natus † laicorum, vel sit mix-
tum iuspatronatus clericorum,
& laicorum. Rocch. de Curte
vbi supra, in verbo ius. quæst.
7. colum. 2. Quibus tamen
consentientibus contradicen-
te Prælato ad quem pertinet
institutio, tamen † legatus hu-

A iusmodi beneficium patrona-
tum conferre potest, secundū
Dominicum de Sancto Ge-
miniano in cap. vnico. in-
fine. de iurepatronat. lib. 6.
late Lambertin. de iurepatr.
lib. 2. par. 3. quæst. 8. art. 1.

5 2. & 4. Item talis † legatus
potest conferre beneficia per-
tinentia ad laicos tantum ex
vi præscriptionis, seu ex Pa-
pæ priuilegio. ita Abb. Car-
din. Butr. & alij in dicto cap.
cum dilectus. & Lambertin.
vbi supra. artic. 3. Similiter

6 talis † legatus potest conferre
beneficium situm in sua Pro-
vincia, etiamsi persona ec-
clesiastica, ad quam perti-
net præsentatio, seu collatio
di eti beneficij, sit alterius Pro-
uinciae. ita Rom. in conf. 365.
quia attenditur locus benefi-
cij, & nō patroni, prout decla-
rat Lāb. vbi sup. ar. 5. & Rocc.
de Curte vbi sup. in verbo, ho-
norificum. q. 3. col. 3. Si autē
7 ad tale beneficium † sit facta
præsentatio à patrono, non
potest legatus illud conferre
in præiudiciū præsentati, nisi
stante reseruatione supradi.
Eta, qua stante præsentatio
patroni est ipso iure iurita.
Lamb. vbi supra. art. 6.

CA-

C A P V T S E C V N D V M.

Summus Pontifex conferre potest omnia beneficia, etiamsi sint iurispatronatus, & quando per litteras Apostolicas dicatur derogatum iurispatronatus.

S V M M A R I V M .

- 1 Beneficiorum collatio spe*tat ad Papam.*
- 2 Beneficia sunt reseruata in viginti sex casibus.
- 3 Papa potest conferre beneficia patronata.
- 4 Priuilegiatus non utitur suo priuilegio contra eum, qui priuilegium concessit.
- 5 Papa non præsumitur in dubio velle præiudicare laicis circa iuspatronatus.
- 6 Litteræ Apostolice non facientes mentionem iurispatronatus sunt inualidæ.
- 7 Regula 41. Cancell. Apostolic. circa derogationem iurispatronatus.
- 8 Papa mandante prouideri de beneficio ad cuiuscumque dispositionem pertinente, non comprehenditur beneficium

- iurispatronatus.
- 9 Etiam si resoribat motu proprio.
- 10 Vel si dicatur, quod talis prouideatur de beneficio etiā si spectet ad alterius præsentationem.
- 11 Vel si dicatur de beneficio ad quorumcumque præsentationem spectante.
- 12 Quando censeatur derogatum iurispatronatus clericorum, non procedit si clerici sint patroni ratione patrimonij.
- 13 Iurispatronatus laicorum non est derogatum etiam si dicatur, non obstante iurepatronatus laicorum.
- 14 Nec etiam, quando in litteris habetur, quod conferatur beneficium spectans ad Episcopi institutionem.
- 15 Derogatum dicitur iurispatro-

266 Pars III.Lib.XIV.Cap.II.

tronatus, quando Papa expres-
sè derogat.

16 Nec dicitur derogatum, si
mandet prouideri de primo be-
neficio quomodocumque va-
caturo.

17 Derogatio nunquam com-
prehendit iuspatronatus Re-
gum, Ducum, &c.

18 In permutationibus necesse
est facere mentionem iurispa-
tronatus.

19 Derogatio licet non præsu-
matur, secus tamen est si con-
sistat de certa scientia Papæ.

20 Derogatio iurispatronatus
clericorum non requirit ex-
pressionem.

21 Derogatio præsumitur, si
Papa disponat de tali benefi-
cio vacaturo.

Beneficiorum & collatio-
nem generaliter spestat ad
Papam, qui est ordinarius
Ordinariorū, & dominus om-
nium beneficiorum. cap. 2. de
præben. lib. 6. glos. vlt. in
cap. felicis. de pen. lib. 6. cle-
men. 1. in fine, vt lite pen-
den. Gomes. in proemio regu-
larum Cancellarię. in vers.
considerata etiam. nu. 7. & in
2 specie & sunt reseruata bene-
ficia in viginti sex casibus re-

latis in praxi Archiepiscopa-
li Leonis. p. 2. cap. 20. de re-
seruat. ideoque & potest con-
ferre beneficia iurispatrona-
tus clericorum, absque eo-
rum consensu: item, & lai-
corum, quia laicis iuspatro-
natus est concessum à Papa

ex gratia, & priuilegio non
priuatiue. Card. Tusc. pra-
eticarum conclusionem iuris
littera I. concl. 596. Et ideo

4 talis priuilegiatus & non po-
test vti suo priuilegio contra-
eum, qui sibi priuilegium con-
cessit: & de his vide plenif-
sime Felin. in suo tractatu,
quando literę apostolicę noc.
patron. eccles. qui tractatus
incipit, pro regula tenendum
est, & Lamb. de iurepatrona-
tus lib. 2. p. 3. q. 9. art. 1.
& 2. In dubio autem Papa

5 non & præsumitur velle præ-
judicare laicis. Et ideo lite-
ræ & apostolicæ sunt inualidæ
si non faciunt mentionem iuri-
spatronatus ecclesiæ obtent-
tæ, ex ratione tex. in cap. cum
dilectus. de iurepatronatus.
Abb. in capit. 3. de iurepa-
tronatus.

7 Hodie autem ex & regula
41. Cancellariæ Apostolicæ
relata à Quaranta in summa
Bul-

Bullarij, in verbo , Regulæ Cancellariæ Apostolicæ, in derogatione iurispatronatus debet fieri mentio iurispatronatus, dispositiū specificè, & determinatè, non autem conditionaliter; & si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat: & si de hoc in literis prouisionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit, non censeatur quomodolibet derogatum. Et si Papa mandet prouide-
ri † de beneficio ad cuiuscun-
que dispositionem pertinen-
te, non includitur beneficium iurispatronatus, cum disposi-
tio cadat pro institutione. Lapus allegat. 8. numero 6.
9 Idem † est, si Papa rescribat Motu proprio pro aliquo be-
neficiando. Abb. in capit. ad aures. colum. penult. de re-
script. Idem est, si dicatur
10 quod † prouideatur talis de
beneficio, etiam si ad alicuius præsentationem spectaret. intelligitur enim de præ-
sentatione competente pa-
tronoo ecclesiastico. cap. cum
in illis. de præben. libro 6. La-

11 ipus vbi supra. Idem est † si dicatur de beneficio ad præ-
sentationem quorumcunque spectante, quando enim de-
rogatur iurispatronatus lai-
corum expresse fieri debet
derogatio. Et quando dictū
12 est † censeri derogatum iuris-
patronatus clericorum, illud
non procedit, si clerici ha-
beant iuspatronatus ratione
patrimonij. Nec iurispatro-
13 natus laicorum † censetur de-
rogatum, etiam si in litteris
diceretur non obstante iure-
patronatus laicorum, & non
obstantibus statutis ecclesiæ,
quia tales non obstantiæ ten-
dent solum ad tollendam
subreptionem, non autem
ad alia iura specialiter peri-
menda, nisi id expresse dica-
tur. Rota Roman. de præben.
in nouis. decis. 1. Neque
14 censetur † derogatum iurispa-
tronatus laicorum, quando
in litteris habetur, quod Pa-
pa mandat conferri benefi-
cium spectans ad Episcopi in-
stitutionem . Lambertin. vbi
15 supra. artic. 30. Nam † tunc
dicitur derogatum, quando
Papa expresse derogat. Car-
din. Mantic. decis. 292. Rot.

Ro-

268 Pars III.Lib.XIV.Cap.II

¶ 16 Roman. Quod t̄ procedit , etiam si Papa mandet prouideri de primo vacaturo , spestante ad collationem , prouisionem , electionem , & præsentationem quorumcūque ; tunc enim , nec etiam beneficia patronata vacantia in Curia comprehenduntur . Cardin. Tusc. vbi supra . conclus. 618.

¶ 17 Notandum est t̄ insuper , quod litteræ Apostolicæ expresse derogantes iuripatronatus laicorum , nunquam comprehendunt iuspatronatus , spectans ad Reges , Dukes , Marchiones , seu alias Principes , nisi de his expresse dictum sit , talis enim derogatio potest esse periculo ecclesiæ ; & ita disponitur per supradictam Regulam Cancellariæ Apostolicæ . tradit Flamin. Parisius de resignat. beneficiorum . par. 1. libro 2. quæst. 4. num. 48.

¶ 18 Item sciendum est , in permutationibus beneficiorum factis in Curia oportere in eis facere expressam mentionem iuriipatronatus laicorum . Lapus allegat. 96. Et quamuis in dubio non

19 præsumatur facta t̄ derogatio iuripatronatus laicorum , tam id non procedit , quando constet de certa scientia Papæ scientis beneficium esse de iurepatron. laicorum , tunc enim censetur derogatum dicto iuripatronat. Rot. Rom. decis. 27. de rescript. in nouis . Et in litteris , in quibus t̄ agitur de derogatione iurispatronatus clericorum , non est necessaria expressio dicti iurisp. Rot. Rom. decis. 8. de iurepatronatus in antiquis . Item præsumitur 21 facta t̄ derogatio quando Pa- pa disponit de beneficio pro- 22 xime vacaturo . Et si t̄ adsint patroni alicuius beneficij non existentes in quasi possessio- ne præsentandi , & alij tan- tum existentes in prædicta quasi possessione , licet non sint patroni , de his tantum existentibus in quasi posses- sione in literis mentio est fa- 23 cienda . Item t̄ sciendum est , quod si post impetrationem factam de beneficio iurispat. absque mentione iuriipatron. patroni id scientes per qua- drimestre taceant , collatio conualidatur . Cardinal. in Cle-



Clementin. 1. de supplend.
negligent. Prxlat. & de his
+ omnibus vide Felin. vbi su-

pra, & Lambertin. vbi supra
articulo 3.& sequentibus, v.
que ad art. 26.

C A P V T T E R T I V M .

Quando patroni ex conuentione alternatim præ-
sentant, cui censeatur præjudicatum per
Papæ derogationem..

S V M M A R I V M .

1 Derogatio Papæ præjudicat patrono , ad quem illa vice spectabat præsentatio , si inter patronos seruetur alternativa .

2 Idem est , si Papa mandet prouideri de beneficio spe-
ctante ad præsentationem talis .

3 Derogatio iurispatronatus
Collegij fit cum mentione Col-
legij .

STANTE conuentione † in-
ter compatronos , quod
alternis vicibus præsentant ,
si Papa deroget expresse iu-
rispatronatus pro vna vice ,
censetur derogatum , & præ-

iudicatum illi patrono tan-
tum , ad quem pro illa vice
spectabat præsentatio , adeo
ut in alia prima vacatione ad
alterum patronum spectabit
præsentatio. Ioan. de Anan.
conf. 43. & facit text.in cap.
mandatum, in cap. litteris ,
& in c. Abbatem de rescript.
Rocch. de Curte de iurepatr.
in verbo, ius.q.6.col.2.Lamb.
de jurep.li.2.par.3.q.9.ar.26

2 Similiter † si Papa mandet
prouideri alicui de beneficio
spectante ad præsentationem
talis , qui debet præsentare
de consensu aliorum , includi-
tur sub tali mandato. Jo. And.
in cap. cum in illis. §. vltim.
de præben. lib.6. Et in dero-
gatione † iurispatronat. per-

ti-

tinentis ad Collegium non sufficit fieri mentionem de personis singularibus Colle-

gij : Sed fieri debet mentio per verbum collectiū. vide Lamb. ubi supra artic. 34.

CAPVT QVARTVM.

Quando soleat, & in quibus casibus Summus Pontifex derogare iuripatronatus .

SVM MARI V M.

- 1 Derogationes conceduntur ex causis urgentissimis.
- 2 Derogatio conceditur quando beneficia vacant in Curia.
- 3 Nisi esset iuspatronatus Regum, Ducum, &c.
- 4 Derogatio conceditur quando iuspatronatus est mixtum.
- 5 Item quando iuspatronatus competit ex privilegio, prescriptione, seu consuetudine.
- 6 Item si sit beneficium litigiosum.
- 7 Derogatio aliquando fit pro duabus tertii partibus.
- 8 Derogatio conceditur pro medietate quando quis fuit presentatus à medietate patronorum.

- 9 Derogatio conceditur compatriono.
- 10 Derogatio conceditur Episcopo promoto circa beneficia prius obtenta.
- 11 Clausula, dummodo accedit consensus patronorum, quid denotet.
- 12 Derogatio habet clausulam pro hac vice tantum.
- 13 Derogatione obtenta debet probari beneficium esse de iuspatronatus.

SVmmus † Pontifex non solet concedere derogationes iurispatronatus nisi ex causis urgentissimis, quæ sunt plures, quarum
1 Prima † est, quoties beneficium iurispatronatus vacat in Curia : nam tunc Papa consuevit derogare. cap. 2. de

- de præben. lib. 6. tradit Staf-
fil. de lit. grat. & iust. fol. 54.
col. 1. Mandosius in tractatu
designat. grat. in verbo de-
rogationes iurispatronatus.
Sarnen. de trienn. possession.
quæst. 31. numer. 19. Quod
3 non procedit † in iurepatr.
Regum, Ducum, Marchio-
num, siue aliorum Princi-
pum, vt dictum est in præce-
denti cap. Couarr. practic.
quæst. cap. 36. num. 4. quam-
vis Parisius in loco proxime
citando dicat illud procede-
re in praxi quo ad Reges
tantum.
- 4 Secunda † causa, quoties
iuspatornatus est mixtum cle-
ricorum, & laicorum, quia
tunc derogatio conceditur in
totum. Mandosius vbi supra
col. 2. in fine, & ita commu-
niter est receptum, & in pra-
xi seruatur.
- 5 Tertia † causa, quando ius-
patronatus competit ex pri-
uilegio, præscriptione, aut
consuetudine. Nam tunc de
facili derogatur in totum,
cum & absque derogatione
receptum sit valere collatio-
nem. Cassador. decis. 4. &
decis. vlt. de iurepatronatus,
& decis. 4. de probat. & est
- communis opinio, teste Lam-
bertino de iurepatr. libr. 2.
patr. 3. quæst. 9. artic. 25. &
quæst. 8. art. 3. mandosius
6. Quarta † causa, quoties be-
neficium erat apud Curiam
Romanam litigiosum. Cassa-
dot. decis. 3. vt lite penden.
Sarnen. in regula de impetr.
benefic. per ob. famil. Card.
quæst. 8. num. 7. Couarr. vbi
supra num. 7. & 8. mandosius
7 Quinta † causa est, ex qua
solet derogari iuripatronat.
laicorum ex aliquo fauore
pro duabus tertij. Mandos.
vbi supra col. 3.
- 8 Sexta causa † est quando
quis fuit à medietate patrono
nū presentatus. Nam tunc
derogatur pro alia medieta-
te, & ita communiter, & in
praxi seruatur: & hæc est ma-
gis frequens derogatio, & per
eam multæ lites tolluntur, &
celeriter beneficio prouide-
tur.
- 9 Septima †, quando Orator
est unus ex patronis, tunc
conceditur derogatio. Man-
dos. vbi supra colum. 3. ver-
sic. quæro.
- 10 Octaua † causa est in reten-
tione beneficiorum in fau-
rem promoti ad Episcopa-
tum,

tum, & fit mentio beneficium
esse iurispatronatus. Et scien-
tia dum test, quod quando be-
neficium confertur cum clau-
sula, dummodo accedat pa-
tronorum consensus, requiri-
tur expressus consensus, &
non sufficit tacitus inductus
ex lapsu quatuor mensium.
Et in tali derogatione te in
praxi solet seruari, vt dic-
tatur pro hac vice tantum.
Couarr. dicto cap. 36. Et si
dictum sit, & narratum te be-
neficium esse de iurepatrona-

tus, vt obtineatur derogatio,
debet is, qui obtinuit proba-
re dictum beneficium esse
iurispatronatus; alias impe-
ratio est nulla, teste Puteo
Decis. 120.lib. 2. Rot. Rom.
vide de his omnibus late
Flamin. Paris. de resignatio-
benefic. lib. 2. quæst. quarta,
num. 43. usque ad finem, &
Rebuff. in sua praxi benefi-
ciaria in tertia parte signatu-
ræ, in versiculo necnon iuri-
patronatus.

CAP V T Q V I N T V M.

Quomodo expediatur præsentatio, quæ fit
per patronos regulares ad ecclesiam
parochiale.

S V M M A R I V M.

- 1 Præsentatio, quæ fit à re-
gularibus de clero seculari
ad parochiale ecclesiam,
quomodo fiat.
- 2 Ordinarius tunc debet re-
gularibus tempus dare ad con-
signandum certum redditum
præsentato.

- 3 Vel inferior, ad quem spe-
ctat institutio.
- 4 Si institutio fiat sine di-
cta assignatione, valeat.
- 5 Si dicta assignatio non fiat
intra dictum tempus, ordina-
rius potest dictum redditum
assignare.
- 6 Si in dicta assignatione
modus excedatur, appella-
ri

ri potest.

7 Assignatio prædicta fieri debet super possessionibus dictæ ecclesie.

8 Taxatio iunc ea fieri debet, qua clericus possit vivere.

9 Episcopo debentur procura-
tio, cathedralicu, siue sy-
nodaticum.

10 Centum aurei pro parocho
sufficiunt annui.

11 Concil. Tridentin. sess. 24.
de reform. cap. 13.

12 Assignatio prædicta fieri
debet causa cognita.

13 De derogatione iurispatro-
natus regularium.

1 **N**Vnc videamus † de ex-
peditione præsentatio-
nis, quæ fit per Religiosos re-
gulares, qui sunt patroni ec-
clesiastici, de aliquo clero-
ad ecclesiam parochiale-
secundum text. in cap. de
monachis. de præben. & in
Clement. prima, de iurepa-
tronat. & ibi Cardin. Rocch.
de Curte. de iurepatronat. in
verbo onerosum. quæst. sexta.
Paul. de Citad. de iurepatro-
nat. par. sexta quæst. 45. quo
2 casu † Ordinarius taliter præ-
sentantibus, vel eorum pro-

Praxis iurispatron.

curatori debet præfigere
tempus, intra quod dicti præ-
sentantes assignent dicto præ-
sentato congruam reddituum
portionem pro sui sustenta-
tione. dicta Clementina pri-
ma. Et si † institutio specta-
ret ad inferiorem, is infe-
rior debet recurrere ad Epi-
scopum, ut eis dictum ter-
minum statuat ad dictam
assignationem faciendam.
dicta Clementina prima, in
principio. Si vero † Ordina-
rius instituat absque dicta
assignatione, tenet institutio-
gloss. in dicta Clementina
prima, in verbo inhibentes.
5 quod si per † eos intra dictum
terminum non fiat talis assi-
gnatio, Diœcesanus potest
congruam reddituum alsi-
gnare portionem dicto præ-
sentato. dicta Clementina
prima, & ibi gloss. in verbo
deuoluatur: idq; potest face-
re, & ante, & post institutio-
nem. Verum si † excedatur
modus in dicta assignatione
nimis onerando dictos Reli-
giosos, poterunt appellare
infra debitum tempus ad Su-
periorem Diœcesani, ut mo-
deret dictam taxationem.
7 Et † talis assignatio debet fie-

S ri

274 Pars III.Lib.XIV.Cap.V

ri in parte possessionum dictæ ecclesiæ, si habeat possessio-
nes, vel alios redditurus.
 8 Et talis taxatio ea facienda
est, qua clericus possit hone-
ste viuere, & onera Episco-
palia soluere, de quibus in
cap. conquerente, & in cap.
dilectus. de officio ordinis. ut est
 9 procuratio & annexa visita-
tioni, & cathedralicū, siue
synodaticū. cap. caudum
 10. quæst. 3.
 10 Hodie & autem saltem cen-
tum aureos parochiales ec-
clesiæ annis singulis habere

debent, pro sustentatione
 11 Rectoris. Concil. & Trident.
 Sess. 24. de reformat. cap. 13.
 versic. ad hæc. Et talis assi-
 gnatio debet fieri causa co-
 gnita, sed de plano: & de
 his omnibus vide Cardin. in
 dicta Clement. prima, quem
 refert Lambertin. de iurepa-
 tronat. lib. 2. par. 3. quæst. 10.
 per omnes articulos d. quæst.
 13 Et de huiusmodi & deroga-
 tione iurispatronatus, vide
 Rebuff. in sua praxi benefi-
 ciaria in 3. par. signaturæ. in
 versic. nec non iurepatronat.

FINIS LIBRI DECIMI QVARTI.



LI